

CAP. III.

De

Melancholia.

*Melan-
cholia
quid?
Melan-
cholicorū
tres ordi-
nes.*

1.

2.

3.

QUæ sine febre existit desipien-
tiæ species una est *melancho-
lia*; altera *mania*; *Melancholia*
est delirium cum metu & tristitia abs-
que febre & furore; quâ detenti, si ma-
lis cogitationibus, timore & tristitiâ, abs-
que causâ manifestâ infestantur nec lo-
quuntur, sed taciturni solitudinem de-
siderant & insomniis turbulentis cruci-
antur, cogitatione delirare dicuntur
& est *primus gradus*. In augmento si
ad hoc proveniunt, ut illud, quod men-
te concipiunt, secum mussitent & ore
effundant, aliaque incongrua verba
proferant, cogitatione & verbo deli-
rant & est *secundus gradus*. Qui verò
demum quod cogitant & loquuntur
operatione intendunt, amicos habent
pro inimicis, timent non timenda, &
inordinatè pedes, manus, oculosque
movent, *tertio gradu* laborant. Hip-
pocr.

Cap. III. de Melancholia. 21

pocr. Sect. 6. aphorism. 23. Phantasma-
tis melancholici ajunt Galenici causam
esse vitiosam dispositionem spirituum a-
nimalium, qui cum tenues & lucidi,
reddantur obscuri & tenebricosi, un-
de Idæarum falsa fiat impressio. Dis-
positionem verò istam oriri, vel à vi-
tio Cerebri luce suâ privati, quod ide-
oque nec lucidos generare possit spiri-
tus; vel ex sanguine & spiritu vitali ex
quibus illi fiunt; vel ex foeculento & a-
tro humore & vapore ad mentis sedem
ascendente: Unde dividitur Melancho-
lia in eam, quæ totius, quando nimi-
rum sanguis melancholicus in toto re-
dundat corpore; & quæ partis alicujus
vitio fit; ut Cerebri, ex prædictâ cau-
sa. Cordis, quia Spiritus gignat impu-
riores. Hypochondriaca, quando hu-
mor melancholicus in Hypochondriis
colligitur, & per vapores atros obscu-
ros supremum hominis æthera obnu-
bilat.

Hermeticus ex fonte Philosophico
naturali quatuor melancholicorum ge-
nera novit, secundum cursum quatuor
humorum. Paracels. de morb. amenti-
um, tract. 1. cap. 5. in fine pag. mihi.
497. Fit verò ex istis Melancholia non

B 3

qua-

Causa
Melan-
cholia se-
cundum
Galenic-
stas.

Melan-
cholia
quatuor-
plex.

Causa
Melan-
cholia se-
cundum
Herme-
ticos. >

22 Prax. Chymiarr. Sect. I.

qualitatibus primis aut secundis, sed per
δύναμεις ἀκρότητας καὶ ἰσχύς,
 quando nimirum humor spiritum suum
 redundantem ad Palladis arcem expel-
 lit. Humores verò nihil aliud sunt
 quam salia E. gr. Sanguis est sal falsus,
 Phlegma est sal dulcis, Bilis est sal a-
 marus, Melancholia est sal acidus; un-
 de veram causam spiritum salis phleg-
 mate suo naturali destitutum, & quem-
 que pro specie suâ acerbitate & acri-
 moniâ contractâ, modo dirimendo &
 resolvendo ea, quæ fixioris ac solidioris
 sunt substantiæ, modo coagulando,
 quæ magis spiritualia existunt, melan-
 choliam producere scias.

Dico I. causam esse spiritum sa-
 lis, Sal enim est causa dissolutionis &
 coagulationis; dissolutum dicitur,
 quod vim suam balsamicam amisit,
 sic quando Mercurius seu spiritus a-
 nimalis dissolvuntur vim suam amit-
 tunt, Quòd si verò coagulantur de-
 bito motu privantur & propter tor-
 pedinem circulari, nequeunt, unde quo-
 que mentis alienatio, spiritus enim ho-
 minis nunquam debet subsistere, sed esse
 in perpetuo motu.

Dico

Cap. III. de Melancholia 23

Dico 2. Phlegmate naturali destitutum, Quæ pulchrè explicat Quercetanus in tetrade affect. capit. cap. 7. pag. mihi 64. & 65. ubi inquit, Atqui hujusmodi substantia, Mercuriales nempe, sulphuræ & salinæ, humoribus pituitosis & Melancholicis, iisque præternaturalibus comparantur, quæ seorsum à sanguinis massa subsidunt. Harum pituita, nunc dulcis vel salsa liquori dulci aut salso comparatur: bilis nitro sulphurea sulphuri nitroso respondet. Melancholia acetosarum & ponticarum qualitate prædita salis vitriolati, & aluminosi naturam refert. Quæ quidem sunt instar ignium terrestrium, sulphureis aëreis & athereis ignibus ita oppositorum, ut aqua vitæ nulla arte extrahi possit. At si quid, primò ex eo prolicetur, illud propè insipidum phlegma est, à quo corrigitur & velut coercetur. Cujus consortio si fuerit privatum eam acrimoniae violentiam adipiscitur, ut saxa nec non ipsa metalla vel densissima per-

24 Prax. Chymiatr. Sect. I.

perfringere ac erodere valeat. A simili ratiocinandum est, humorem videlicet melancholicum, à proprio phlegmate spoliatum, eam acerbittatis & acrimonia vim contrahere, ut desinat censerì amplius naturalis, ac præter imò contra naturam haberi: ut quæ omnium acerbissima, gravissima & exitiabilissima in corpore humano symptomata inducat, Si quidem aqua fortis, ex vitriolo, alumine & nitro conflata, naturam redolet: cujus etiam effectus imitatur. Licet melancholia etiam à causâ externa sit, est tamen ea remotior & internam, quæ in toto corpore, nec in una parte solum, quanquam magis molestiam sentiat, sedem habet, ad agendum impellit.

Curatio. Curatur Melancholia non
 na fit
 Improrba- te quibus non cedit. Venesectionem,
 ta vene ob defectum spirituum animalium vel
 Sectione. vitalium, minimè approbo, nec felicem inde successum spero, moneo igitur fidelissimè medicos illos practicos, apud quos crebriùs invaluit, ne temerariè

Cap. III. de Melancholia 25

rariè, sed cautè phleboto. no agant. Post
aditum verò præparatum *digestivis*, po-
tissimum quæ ex Tartaro & Chalybe,
ut sunt *Acid. Tartari chalybeatum*, *Tin-*
ctura Martis, *Magist. Martis aperit.*
Mysf. Cremor & Cryst. Tartari, *Tarta-*
rus vitriolatus & c. exhibenda erunt le-
ni & auctiori dosi 1. *ἀνω & κάτω*
purgantia, *Aq. benedict.* *Ruland. Cro-*
cus metallor. *Sulphur auratum anti-*
mon. *Extract. hellebor. nigr. Antimo-*
nium fixum cap. præcedenti descriptum,
&c. specifica virtus melancholiam cu-
randi consistit in *Antimonio*. Paracels.
de morbis ament. cap. 5. & 6. scribit,
quintam essentiam Antimonii esse per-
fectam curam insanix, item oleum an-
timonii præservare ab omnibus specie-
bus amentix. *Flores antimonii* in exi-
guâ quantitate Theriacæ manè sæpius
exhibiti feliciter liberant: Omnia pro
ratione morbi. 2. *Confortantia*, inter
alia præcellit *tinctura vel essentia Croci*,
cujus vim maxime prædicat Theophras-
tus. l. 1. de viribus membr. cap. 5. &
oleum ejus, quod lib. 2. de viribus
membr. describit & est tale, R. *Croci*
opt. cohoba in Spir. vin. opt. omni-
nò spirituali, in panno molli, sigillo

Digestio.

Purgan-
tibus.

Confor-
tantius.

26 Prax. Chymiatri. Sect. I.

Hermetis, idque duodecies, tum Crocus fit oleum, hujus gutt. j. in vino-vita cordis summa est letitia senibus & melancholicis. Lib. 3. paragraph. c. 2. §. 4. attingit vim ejus penetrativam. Valde quoque ab eo commendatur liquor Luna, Corallorum, Sapphir. Muse. Spir. Gilla, lib. de vit membr. c. 4. Laudat Sal. Zuis Thold. Schröd. in pharmacop. I. 3. c. 14. & in appropriatis sanguinem asini ex venis post aures excerptum & pulverem secundina Hartmannus in Chymiatria.

Specif.

C A P. IV.

De

Maniâ.

PROgredimur nunc ad atrocissimum illum affectum, quo homo creaturarum nobilissima, & ad imaginem creatoris expressa, excisa ratione, infra pecudum dejicitur sortem, Maniam dico, malum ingens & abominabile, mentis lachrymabilem e-

Mania
quid.

mo-